

chardi archiepiscopi Lugdunensi / et Petri archiepiscopi Tharē
tassensi / et Alexandri abbatis Cisterciensis / et omnium abbatum qui ad-
erant in beneficiis et orationibus totius ordinis susceptus pro re-
medio anime mee et parentum meorum eis largitus sum ut fra-
tres de omnibus abbatibus ipsius ordinis per omnem terram meam
securi pergant res proprias absque ulla pedagio / minugia / vetera /
et omnium alia costuma ducant portent et vendant et ad proprios
usus necessaria emanent. Et ne donum hoc mihi et ipsis tam utile
ab aliquo dei inimico et nostro infringatur / sigillo meo cartam
hec continentem comunio. Factum est donum hoc in generali capi-
tulo Cisterciensi sicut prescriptum est coram archiepiscopis et ab-
batibus qui conuenerant presente auunculo meo comite Ste-
phano de Sencerre / Guiardo de Fauermi / Gulbelmo de Or-
gul / et multis alijs.

¶ Dominus comes Burgundie concedit
omnibus abbatibus sancti ordinis Ci-
sterciensis in capitulo generali publica vec-
tigalia ad redditum thelonei sui pertinē-
tia / et quascunq; exactiones que solent ex-
igi a vendentibus / eumentibus / et transeuntibus
per dictum comitatum.

¶ Raynaldo dei gratia Venerabili Cisterciensi abbati omni-
busq; eiusdem sancti ordinis abbatibus Raynaldus comes Bur-
gundie Salutem. Adveni quodam me in capitulo Cisterciensi
in presentia domini Stephani abbatis publica vectigalia ad
redditum thelonei nostri pertinētia / et quascunq; exactiones que
a vendentibus / siue eumentibus / seu transeuntibus sollenniter
solent exigi in toto comitatu meo omnibus vestri ordinis ho-
minibus in memoria mei et parentum meorum imperpetuum re-
misse. Quod ut firmum et inconcussum deo auctore permaneat /

litteras istius donationis sigilli nostri munitione dotatas per dominū Poncium abbatē Speciose vallis ad sanctitatē omnium vestrum direximus. **T**estes huius doni sunt **P**etrus de treua/**D**ecanus sancti **S**tephani ⁊ archid. **H**ieremias de roise **V**ido liabbas/**S**tephanus de chenuis.

Dominus comes palatinus **B**urgundie concedit omnibus abbatib⁹ sancti ordinis publica vectigalia sui thelonei in dicto comitatu ⁊ quascunq; exactiones que a vendentibus/ementibus/seu transeuntibus exigi solent.

Guidoni dei gratia **V**enerabili **L**isterciensi abbati / omnibusq; eiusdē sancti ordinis abbatibus. **O**rtho dei gratia palatinus comes **B**urgundie **S**alutē. **I**n memoriā mei ⁊ parentū meorum publica vectigalia ad redditū thelonei nostri pertinetia ⁊ quascunq; exactiones que a vendentibus siue emētibus seu transeuntibus sollēniter solent exigi in toto comitatu meo omnibus vestri ordinis hominib⁹ sicut auus meus **M**aynardus scz pie memorie imperpetuū concessit ⁊ nos concedimus. **Q**uod vt firmū ⁊ incōcūsum permaneat litteras istius donationis sigilli nostri impressione munitas/ad sanctitatē oīm vestrum dirigimus. **A**t quicunq; hanc donationē frangere presumpserit/iram ⁊ indignationē nostram se sciat incurfurū. **T**estes hui⁹ rei sunt magister **D**aniel/**H**ugo monach⁹ **L**isterciensi/**F**romundus de tremolai/**V**ilhelmus de pelmes.

Dominus rex **D**anorū ⁊ **S**clauorū cōcedit fratribus de **L**istercio vt quotiens